hęc pulcritudo quotidie magis ac magis augetur per orationē & quotidianum cum Deo colloquium, sic ut *à claritate in claritatem promoveamur, tanquā à Domini spiritu.* Nam si Mosis facies per paucorum dierum conversationem cū Deo mirabili luce coruscabat, quāto ęquius est, imēnso & infinito modo, animam nostram identidem cum Deo colloquentem, illuminari, & spirituali pulcritudine resplendere? De quo argumēto agam pluribus infra in parte secunda hujus libri, qui peculiarem doctrinam de homine complectitur.

PARS ALTERA,

LIBRI QUARTI.

IN QUA AGITUR SIgillatim de Homine.

CAPUT I.

EX CREATIONE OMNIUM RERUM rectè argui Deum esse Ens æternum, infinitum, sine principio ac fine, præditum intellectu & sapientia infinitis.

Jerem.